

COMMUNION Psalms 70: 16-18

Dómine, memorábor justítiae tuæ solíus: Deus, docuísti me a juventúte mea: et usque in senéctam et sénium: Deus, ne derelínquas me.

POSTCOMMUNION

Purífica, quæsumus, Dómine, mentes nostras benígnus, et rénova cæléstibus sacraméntis: ut consequénter et córporum præsens páriter, et futúrum capiámus auxiliúm Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For Sts. Cyprian and Justina, Martyrs
Præsta nobis, quæsumus Domine, intercedentibus sanctis Martyribus tuis Cypriáno et Justína; ut quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

O Lord, I will be mindful of Thy justice alone: Thou hast taught me, O God, from my youth, and unto old age and gray hairs, O God, forsake me not.

In Thy goodness, we beseech Thee, O Lord, purify and renew our minds by these heavenly Sacraments: that, by means of them, we may also receive help for our bodies, both now and in time to come. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Grant us, we beseech Thee, O Lord, through the intercession of Thy holy martyrs, Cyprian and Justina, that what we take with the mouth, we may receive with a pure heart. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

MASS PROPER: FERIA – SIXTEENTH SUNDAY AFTER PENTECOST, SEPTEMBER 26, STS. CYPRIAN & JUSTINA, MARTYRS

MASS *Miserére mihi* (green)

INTROIT Psalms 85: 3, 5

Miserére mihi, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die: quia tu, Dómine, suávis ac mitis es, et copiósus in misericórdia ómnibus invocántibus te. (Ps.85: 1) Inclina, Dómine, auram tuam mihi, et exaudi me: quoniam inops, et pauper sum ego. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Miserére mihi, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die: quia tu, Dómine, suávis ac mitis es, et copiósus in misericórdia ómnibus invocántibus te.

COLLECT

Tua nos, quæsumus, Dómine, grátia semper et prævéniat et sequátur: ac bonis opéribus júgiter præstet esse inténtos. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For Sts. Cyprian and Justina, Martyrs
Beatórum Mártyrum Cypriáni et Justínæ nos, Dómine, fóveant continuáta pæsidia: quia non désinis propítius intuéri, quos tálibus auxiliis concésseris adjuvári. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Ephesians 3: 13-21

Fratres, Óbsecro vos, ne deficiátis in tribulatió nibus meis pro vobis: quæ est glória vestra. Hujus rei grátia flecto génu a mea ad Patrem Dómini nostri Jesu Christi, ex quo omnis patérnitas

Have mercy on me, O Lord, for I have cried to Thee all the day; for Thou, O Lord, art sweet and mild, and plenteous in mercy to all that call upon Thee. (Ps. 85: 1) Bow down Thine ear to me, O Lord, and hear me for I am needy and poor. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Have mercy on me, O Lord, for I have cried to Thee all the day; for Thou, O Lord, art sweet and mild, and plenteous in mercy to all that call upon Thee.

May Thy grace, we beseech Thee, O Lord, ever go before us and follow us: and make us continually to be intent upon good works. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May the continual protection of the blessed martyrs, Cyprian and Justina, comfort us, O Lord; for Thou didst not cease to behold with favor those Whom Thou hast granted the grace of such assistance. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, I pray you not to faint at my tribulations for you, which are your glory. For this cause I bow my knees to the Father of our Lord Jesus Christ, of whom all paternity in heaven and

in cælis et in terra nominátur, ut det vobis secúndum divítias glóriæ suæ, virtúte corroborári per Spíritum ejus in interiorem hóminem, Christum habitare per fidem in córdibus vestris: in caritate radicáti, et fundáti, ut possítis comprehendere cum ómnibus sanctis, quæ sit latitúdo, et longitúdo, et sublímítás, et profúndum: scire étiam supereminéntem sciéntiæ caritátem Christi, ut impleámini in omnem plentúdinem Dei. Ei autem, qui potens est ómnia fácere superabundánter quam pétimus, aut intelligimus, secúndum virtútem, quæ operátur in nobis: ipsi glória in Ecclésia, et in Christo Jesu, in omnes generatiónes sæculi sæculórum, Amen.

GRADUAL Psalms 101: 16, 17

Timébunt gentes nomen tuum, Dómine, et omnes reges terræ glóriam tuam. Quóniam ædificávit Dóminus Sion, et vidébitur in majestáte sua. Allelúja, allelúja. (Ps. 97: 1) Cantáte Dómino cánticum novum: quia mirabília fecit Dóminus. Alleluia.

GOSPEL Luke 14: 1-11

In illo témpore: Cum intráret Jesus in domum cujúsdam princípis pharisæórum sabbáto manducáre panem, at ipsi observábant eum. Et ecce homo quidam hydrópicus erat ante illum. Et respóndens Jesus, dixit ad legisperítos et pharisæos, dicens: Si licet sabbáto curáre? At illi tacuérunt. Ipse vero apprehénsus sanávit eum, ac dimísit. Et respondens ad illos, dixit: Cujus vestrum ásinus, aut bos in púteum cadet, et non contínuo éxtrahet illum die sabbáti? Et non póterant ad hæc respondére illi. Dicébat autem et ad invitátos parábolam, inténdens quómodo primos accúbitus eligerent,

earth is named, that He would grant you, according to the riches of His glory, to be strengthened by His Spirit with might unto the inward man, That Christ may dwell by faith in your hearts; that being rooted and founded in charity, you may be able to comprehend with all the saints, what is the breadth, and the length, and height, and depth. To know also the charity of Christ, which surpasses all knowledge; that you may be filled unto all the fullness of God. Now to Him Who is able to do all things more abundantly than we desire or understand, according to the power that works in us: to Him be glory in the Church, and in Christ Jesus, unto all generations, forever and ever. Amen.

The gentiles shall fear Thy name, O Lord, and all the kings of the earth Thy glory. For the Lord hath built up Sion, and He shall be seen in His majesty. Alleluia, alleluia. (Ps. 97: 1) Sing ye to the Lord a new canticle, because the Lord hath done wonderful things. Alleluia.

At that time, when Jesus went into the house of one of the chiefs of the Pharisees on the sabbath day to eat bread, they watched Him. And behold, there was a certain man before Him who had the dropsy: and Jesus answering, spoke to the lawyers and the Pharisees, saying: Is it lawful to heal on the sabbath day? But they held their peace: but He taking him, healed him, and sent him away. And answering them, He said: Which of you shall have an ass or an ox fall into a pit, and will not immediately draw him out on the sabbath day? And they could not answer Him these things. And He spoke a parable also to them

dicens ad illos: Cum invitátus fúeris ad núptias, non discumbas in primo loco, ne forte honorátior te sit invitátus ab illo, et véniens is, qui te, et illum vocávit, dicat tibi: Da huic locum: et tunc incípias cum rubóre novíssimum locum tenére. Sed cum vocátus fúeris, vade, recúmbe in novíssimo loco: ut, cum vénerit qui te invitávit, dicat tibi: Amice, ascénde supérius. Tunc erit tibi glória coram simul discumbéntibus: quia omnis, qui se exáltat, humiliábitur: et qui se humiliat, exaltábitur.

OFFERTORY Psalms 39: 14, 15

Dómine, in auxiliúm meum respice: confundántur et reveréantur, qui quærunt ánimam meam, ut áuferant eam: Dómine, in auxiliúm meum respice.

SECRET

Munda nos, quæsumus, Dómine, sacrificii præsentis efféctu, et pérfice miserátus in nobis; ut ejus mereámur esse partícipes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For Sts. Cyprian and Justina, Martyrs

Múnera tibi, Dómine, nostræ devotiónis offérimus: quæ et pro tuórum tibi grata sint honóre Justórum, et nobis salutária, te miseránte, reddántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

that were invited, marking how they chose the first seats at the table, saying to them: When thou art invited to a wedding, sit not down in the first place, lest perhaps one more honorable than thou be invited by him; and he that invited thee and him come and say to thee: Give this man place: and then thou begin with shame to take the lowest place. But when thou art invited, go, sit down in the lowest place: that when he who invited thee comes, he may say to thee: Friend, go up higher. Then shalt thou have glory before them that sit at table with thee: because every one that exalts himself shall be humbled, and he that humbled himself shall be exalted.

Look down, O Lord, to help me; let them be confounded and ashamed that seek after my soul to take it away; look down, O Lord, to help me.

Cleanse us, we beseech Thee, O Lord, by the virtue of the present Sacrifice, and, in Thy mercy, provide that we may be worthy to be partakers therein. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

We offer unto Thee, O Lord, the gifts of our devotion: may they please Thee as honoring Thy just ones, and through Thy mercy profit us unto salvation.. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.